Premysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq Motiones Appel-
lationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia poenis duplicibus
vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Ter-
restri bello Conventionesq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non
subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hijs praesentibus personalibus Re-
cognitionibus ad praemissa mediantibus

Feria Sexta ante Festum Sanctae Hedwigis Electae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

10/X

Turzanski & Chłopicky Roborant

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliens
Generosi Nicolaus Turzanski ab una et Joannes Casimirus Chłopicki ab al-
tera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdi-
ctionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti iuri Castren Capitan
Premysliens Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libe-
re publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro
interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri ac
posteris utriusq partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis pecuniarum quibusvis inscribunt et obligant praesentes Literarum certo
inter se Regentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Literis
contentarum ... et data eiusdem hic Premysliae die hodierna in actu

contenta

contenta conscriptis manibus contrahentium abrumque subscriptis in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem Intercisae contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Intercisam praedictam ad Inscriptionem praesentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo idque sub Vadio Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicorum per partem parti cum Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbitis ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae non completa complendum citata exinde memorata pars una praemissa non tenens aut praestiterit ad instantiam alterius partis praemissa tenentis sive ipso successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessum supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citatio termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatis pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat Albumque primum terminum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causis eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitioni litari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praesens

officij praesentis Castrensis Premisliensis terminos dilationes sibi non recipiendo nullasque Motiones Apellones ac earum prosecutiones faciendo ac hanc ipsam omnia pedibus simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs suae praesentiae terrestri bello Convectionesque ac alijs omnibus iuris remedijs et defensionibus subterfugiendo nec modo quovis evadendo Actis praesentibus personalibus Recognitionibus ad hanc ipsam omnia redicentibus

R. Podolski Nepotibus suis Tutores inscribit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Perillustris et Admodum Reverendus Andreas Podolski Canonicus Premisliensis Praepositus Lancutensis sanus mente et corpore exiens a foro Iureque suo quovis proprio facto recessu Iurisdictioneque sua quavis competenti posthabita Praesenti vero Castrensi Capitanealis Premisliensis Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse innovando Tutoriam per se Recognitam infrascriptis Nepotibus suis bonisque ad successionem eorum devolvendis pro Iure suo Sanguinis quo obstrictus est erga derelictam prolem Generosi olim Alexandri Podolski Fratris sui germani qui postpositis sibi omnibus ijs quae in vita sua charissima habuit et post salute sua propria Coniuge Liberis substantia possessione et tenuta bonorum Regalium villae Laszki in Terra et Districtu Leopoliensi sitae ad expeditionem bellicam contra numerosas rebellium Kozakorum ijsque confederationem Tartarorum acies profectus est ibidemque sub vexillo Cohortis Militum Reipublicae Vicerothmagistri munere functus prima die conflictus in pugna Pilawiecensi strenue rei militari navans operam occubuit atque cruentum sui corporis holocaustum pro salute Patriae suae periclitantis obtulit. Reliquit itaque illius et orphanis liberis nempe Nobilibus Francisco

Andreas